

Bernhard von Waging an NvK. Er verspricht, sich um die Beschaffung der aristotelischen Schrift ‚De consilio et legibus‘ zu kümmern. Er freue sich, dass sein ‚Laudatorium doctae ignorantiae‘ dem Kardinal gefallen habe und wolle die Schrift gern verbessern. Hierfür benötige er aber den versprochenen Traktat ‚De beryllo‘. Bernhard hoffe, der Wunsch des Kardinals, von seiner bischöflichen Bürde befreit zu werden und sich nach Tegernsee zurückziehen zu können, möge in Erfüllung gehen. Er verweist auf verschiedene Beispielfälle des Amtsverzichts von bekannten Bischöfen und Heiligen aus Vergangenheit und Gegenwart, wie z.B. Albertus Magnus. Allerdings bedürfe es sehr gewichtiger Gründe für diesen Schritt, da das Volk Gottes der Hirten bedürfe. Mit dem ‚Monopanton‘ Dionysius‘ des Kartäusers sendet er Eusebius‘ ‚De praeparatione evangelica‘ zurück und bittet um desselben Schrift ‚De doctrina catholicae veritatis‘. Zum Schluss lobt er die von Nikolaus V. initiierte Übersetzungstätigkeit.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697 f. 62^v-64^r.

Druck: Vansteenberghe, *Autour 143-148* Nr. 25; Baum/Senoner, *Briefe und Dokumente I 150-158* Nr. 47a.

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, *Briefe und Dokumente I 151-159* Nr. 47b.

Erw.: Roßmann, *Magister Marquard Sprenger 400*; Gismann, *Beziehungen zwischen Bayern und Tirol 605*; Müller, *Anfänge der Humanismusrezeption 54f.*; Riemann, *Entstehung 124*; Treusch, *Bernhard von Waging 91*; Ziebart, *Faith and intellect 169*; Kandler, *NvK und Bernhard von Waging 185*.

Das Exzerpt aus dem ‚Formicarius‘ des Johannes Nider (Z. 43 Scribit – 78) wurde in Clm 19697 f. 64^r als Nachtrag von anderer Hand unter dem Text des Briefes eingefügt. Eine dritte Hand nahm in beiden Texten Korrekturen und Ergänzungen vor und löste unklare Abkürzungen auf. Diese Hand markierte auch die Stelle, an der das Exzerpt aus dem ‚Formicarius‘ einzufügen ist. Wie sich aus Nr. 4103 Z. 6f. ergibt, war dieser Text bereits vor Absendung des Briefes inseriert worden. Möglicherweise wurde es aber auch auf einem beiliegenden Zettel mitgeschickt, wie dies häufig mit den ‚Dubia‘ der Mönche geschah; s.o. Nr. 3793 Anm. 14.

Nunc tandem ad v. r. p. semper gratissima et iocundissima scripta michi noviter transmissa et presentata¹⁾, que me singulariter edificant, plurimum letificant, et solacium permaximum prestant, respondere paro; sed quo id ordine faciam, ignoro. Hoc unum in primis admiror vehementer nimis, quod scilicet celsitudo tanta ad tantillum se tante inclinat, dignum revera admiratione multa et magna. O sublimitas et o humilitas! Nam quanto alcior, tanto humilior, hoc est tuum, o Christe Jesu, magisterium summum; ita 5 fecisti, sic et tuos docuisti. Nonne eciam ipse humilimus atque devotissimus Bernardus²⁾ in sublimes statu et excellenti gradu humilitatem servare inter mirabilia singulariter predicat mirabile? Deo autem honor et laus etc.

Libellos Aristotelis ‚De consilio et legibus‘³⁾ non nosco; faciam tamen pro eisdem obtinendis quod potero, eciam apud monasteria nobis viciniora perquirens, si alicubi reperiantur. Monasterium Admon- 10 tem⁴⁾ multum distat a nobis. Habebo nuncium in brevi ad monasteria Salczburgis⁵⁾ et Månsee⁶⁾, libros Hugonis ‚De archa Noe‘⁷⁾ cum ceteris, quos rescribere permisi remittendo, et per nuncium eundem pro

6 fecisti: folgt gestr. ita.

1) S.o. Nr. 4072 (1454 August 16).

2) Bernhard von Clairvaux (1090-1153).

3) S.o. Nr. 2972 Anm. 2; Nr. 4072 Z. 4f.

4) Admont. NvK hatte dort im Januar 1453 die aristotelische Schrift gesehen.

5) Das Benediktinerkloster St. Peter in Salzbürg.

6) Das Benediktinerkloster Mondsee.

7) Hugo von St. Viktor († 1141), *De archa Noe*; ed. Migne, PL CLXXV 617a-680d; ed. P. Sicard, *Hugonis de Sancto Victore De archa Noe (Corpus Christianorum. Cont. med. 176 und 176A)*, Turnhout 2001.

libris huiusmodi sollicitus ero. Item explorabo suo modo apud notos in civitate Augusta⁸⁾; ad beneplacita p. v. r. faciam semper pro posse et ultra.

15 ‚Laudatorium docte ignorancie⁹⁾, quia placet, gaudeo, ipsumque ampliare et meliorare intendo; ob quod ego, qui parum nunc video nec sane intelligo, que lego, oculo intelligencie obtenebrato, opus habeo perlucido ‚Berillo¹⁰⁾, quem tamen pauper comparare non valeo precio magno vel parvo; quippe preciosus est nimis, communionem non habens cum ceteris berillis, sed est unicus et solus singularis, cui non similis in universis reperitur artificiis aut naturis; sed necdum est agnitus aut visus per me. Ceterum v. r. p.

20 verba in littera michi transmissa ita ponuntur in forma: ‚Utinam possem esse vobiscum, liberatus de cura pastoralis‘, et infra: ‚Opto oracionibus fratrum liberari a turbacione mundi et sacrum ocium impetrare.‘¹¹⁾ Ad primum, utinam et utinam et millesies utinam ego superaddere non cesso, ita tamen, ut ubi filius ibi et pater, et quantum ad aliquid qualis ille talis et iste. Hec cum imprecacione cordialiter devota atque sinceriter pura. Verum, quia multa fieri optamus, que facere aut obtinere possemus perfacile, si

25 nostrum tantummodo liberum accederet velle, quippe nostri libertas arbitrii videtur omnipotens esse et contradictoria possibiliter in se complecti; itaque fiat ex ‚utinam faciam‘ et ex ‚opto cum facio‘ ‚volo‘, et sic tandem terminorum abusus cessabit. Verumtamen non aliud nec aliter optare expedit, aut facere, aut velle, quam deo presumatur pie aut constiterit placitum fore necnon precipue animarum saluti conferre.

30 Ad secundum, plus respondent preteritorum facta quam presencium verba; siquidem habebant sancti, de quibus legitur oraciones ignitas simul et violentas, quos volebant, ferventer inflammabant eosque ad sui sequelam violenter trahebant. Probant hoc Arsenius¹²⁾, Antonius¹³⁾, Franciscus¹⁴⁾, Dominicus¹⁵⁾, soror Benedicti¹⁶⁾, mater Augustini¹⁷⁾ et reliqui sine numero, qui, quod pie ac fideliter orabant, facile impetrabant. O si eiam ego cum eis, qui mecum sunt, pro vestra r. p. orare et impetrare dignus

35 existerem prout vellem! Sed non est ita, hew me! Interea quid egit devotissimus Bernardus, cui inter alios multos sanctus Malachias¹⁸⁾, Hybernie primas, in tantum adhesit, ut plus monachus Clarevallensis quam episcopus Armicanensis putaretur.¹⁹⁾ Denique multi fuere episcopi sancti, qui omnes et singuli virtutum viri, hoc ipsum fieri pro se cupientes suaque sancta desideria effectui mancipantes, pro Christi amore pontificales infulas deponentes, sese monachum induerunt, atque ut sic regiminis iura relinquentes, non modo nullum reatus crimen incurrerunt, verum eiam, ut miraculorum virtutes operarentur, obtinuerunt, ac tandem premia vite meruerunt eterne.

40

15 et: *ii.d.Z.* 20 esse: *ii.d.Z.* 23 qualis: *fehlt Vansteenberghe.* 27 Verumtamen: *em. verumptamen.* 30 siquidem: *folgt gestr. respondent.* 33 ac fideliter: *ii.d.Z. | fideliter: fide Vansteenberghe.*

⁸⁾ *Das heißt wohl: im Benediktinerkloster St. Ulrich und Afra in Augsburg.*

⁹⁾ *S.o. Nr. 4072 Z. 9f.*

¹⁰⁾ *Vgl. bereits oben Nr. 3793 Z. 34; Nr. 3824 Z. 16.*

¹¹⁾ *S.o. Nr. 4072 Z. 8 und 14f.*

¹²⁾ *Arsenius der Große († 450), ägyptischer Einsiedler.*

¹³⁾ *Antonius der Große († 356), ägyptischer Einsiedler.*

¹⁴⁾ *Franziskus von Assisi († 1226), Gründer des Franziskanerordens.*

¹⁵⁾ *Dominicus († 1221), Gründer des Dominikanerordens.*

¹⁶⁾ *Scholastika von Nursia († 542), Schwester des Hl. Benedikt.*

¹⁷⁾ *Monika von Tagaste († 387), Mutter des Hl. Augustinus.*

¹⁸⁾ *Malachias († 1148 in Clairvaux), Eb. von Armagh (Armicanensis, Irland); vgl. J. Madey, in: BBKL 16 (1999) 979f. Wichtigste Quelle zu seinem Leben ist die von Bernhard von Clairvaux verfasste Vita; Migne, PL CLXXXII 1073-1118.*

¹⁹⁾ *Z. 35 Interea – Z. 37 putaretur auch in Bernhard von Waging, Speculum pastorum, ed. Riemann, Briefwechsel 14 Z. 3-7. In diesem Brieftraktat von 1462 vertrat Bernhard von Waging gegenüber Johann von Eyck, B. von Eichstätt, die These, es sei für Bischöfe sicherer und besser zu resignieren und sich ins kontemplative Leben zurückzuziehen. Die für NvK 1454 zusammengestellten Positivbeispiele von Bischofsresignationen bildeten den Grundstock der Argumentation. Vgl. zum Werk W. Höver, in: Verfasserlexikon 1 (1978) 783; Treusch, Bernhard von Waging 87-97.*

De hiis plane ad Alexandrum papam in libro ‚De contemtu mundi‘ scribit diffuse Petrus Damiani²⁰), eos pro sui tuicione allegans. Nam et ipse monachatum preferens, quem diu tenuerat, presulatum abiecit.²¹) ‚Scribit in suo ‚Formicario‘, libro primo, capitulo 6^o, doctor modernus Johannes Nyder²²) de quibusdam sui temporis episcopis sanctis, quorum unus, dominus Fridericus de Uffsäss²³) alto sangwine ortum habens, qui dum factus esset in Bambergensi ecclesia canonicus et sacerdos, omnia fugit mundi oblectamenta, et deo totus intentus a ceteris clericis et sibi coevis derisui habebatur.²⁴) ‚Vacante deinde cathedrally sede, preter et contra aliorum intencionem in episcopum electus, et hoc in tali ut videtur discordia, in quali olim in summum pontificem fertur electus fuisse, de quo idem in metro: „me patrem patrum fecit discordia fratrum.“ Itaque factus episcopus, de quo hic sermo, sanctos mores retentavit priores.²⁵) Post multa commendabilia et laude digna, que refert in libro ubi supra, doctor prefatus subiungit in hec verba: ‚Nescio, an viro isti in spiritualibus aliquid defuerit; in temporalium tamen regimine nimium gravabatur anima innocentis.²⁶) Sustinebat adversarios non paucos, tribulaciones plurimas, iniurias magnas; erant hostiles eciam sui collaterales. Unde accidit, ut pro sui liberatione sollicite laboraret. A papa²⁷) peccit et tandem obtinuit, cessit et quievit, atque in humili statu, deo gratus, clericalē vitam finivit.

Non multum discrepavit ille a sententia beati Gregorii pape, qui in ‚Dyalogorum‘ libro 2^o respondens Petro dicit de beato Benedicto: „Ut ego“, inquit, „Petre, existimo, ibi adunati equanimitē portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adiuventur, boni. Nam ubi omnino fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor supervacuuus, maxime si e vicino cause suppetant, que fructum deo valeant ferre meliorem. Vir itaque sanctus“, scilicet Benedictus, „propter quem custodiendum staret qui omnes unanimiter se persequentes cerneret.“²⁸) Hec ille. Et hec idcirco sunt dicta, quia sanctus Benedictus persequencium et adversancium fratrum regimini cessit, ut patet ibidem, etc.

44 Scribit – 78 est: v.a.H. unter dem Text eingefügt; s. Vorbemerkung. 46 ecclesia: folgt gestr. episcopus. 47 et²: ü.d.Z. 52 Nescio: ü.d.Z. statt gestr. Nescio. 61 scilicet Benedictus: v.a.H. am Rand ergänzt. 62 hec: ü.d.Z. ergänzt.

²⁰) Petrus Damiani († 1072), seit 1057 Kardinalbischof von Ostia. 1060/61 zog er sich ins Kloster Fonte Avellana zurück. Vgl. T. Schmidt, *Alexander II. (1061-1073) und die römische Reformgruppe seiner Zeit (Päpste und Papsttum 11)*, Stuttgart 1977, 180f.; S. Freund, in: *BBKL* 7 (1994) 346-358. Das angesprochene Werk ist sein an Papst Alexander II. gerichtetes ‚Apologeticum de contemptu saeculi‘; Migne, PL CXLV 251-292. Vgl. P. Pantaleo, „Perfectio“ e „contemptus saeculi“ in Pier Damiani, in: *Schede Medievali. Rassegna dell'Officina di studi medievali* 11 (1986) 331-344.

²¹) Z. 37 Denique – Z. 44 abiecit auch in Bernhard von Waging, *Speculum pastorum*, ed. Riemann, Briefwechsel 14 Z. 11 – 15 Z. 5. Hiernach folgen zahlreiche weitere Beispiele für Bischofsresignationen, die in Nr. 4101 noch nicht erwähnt sind.

²²) Johannes Nider OP († 1438); vgl. M.-L. Ehrenscheidtner, in: *BBKL* 3 (1992) 502-505; Tschacher, *Formicarius*, hier 479 zu der zitierten Stelle.

²³) Friedrich III. von Aufsess († 1440), B. von Bamberg (1421-1431); vgl. H. Flachenecker, in: *Gatz, Bischöfe I 55f. Zu seiner Abdankung im Zuge des Bamberger Immunitätsstreits vgl. A. Chroust, Chroniken der Stadt Bamberg. Chronik des Bamberger Immunitätsstreites von 1430-1435. Mit einem Urkundenanhang (Fränkische Chroniken 1), Leipzig 1907, 60f.; E. von Guttenberg, Das Bistum Bamberg I (Germania Sacra II 1), Berlin, Leipzig 1937, 252; J. Kist, Fürst- und Erzbistum Bamberg. Leitfaden durch ihre Geschichte von 1007 bis 1960, Bamberg 1962, 61; Woelki, Lodovico Pontano 297-299.*

²⁴) Johannes Nider, *Formicarius*, [Köln, vor 1473], (GW M26847), I 6, f. 20^{rv}.

²⁵) Ebd.

²⁶) Ebd.

²⁷) Eugen IV. (1431-1447).

²⁸) Gregor der Große, *Dialogi* II, 3, 10, ed. A. de Vogüé, Grégoire le Grand. *Dialogues* II (Sources chrétiennes 260), Paris 1979, 146-148.

Refert ubi supra doctor prefatus²⁹⁾ de domino Sebastiano, Tridentine ecclesie episcopo³⁰⁾, qui a
65 iuventute sanctam vitam tenuit. Hic postremo, se invitissimo, est electus in episcopum dicte ecclesie,
constantissime renitens et resistens. Noverat enim, quomodo eadem et pene omnes ecclesie in Theoto-
nia adeo presse sunt mole negociorum seculi, tantisque plene curis et turbinibus, ut quidam eas regentes
non sicut olim procuratores et consolatores pauperum et pastores sint animarum, sed cura pastoralis
neglecta, fieri cogantur capitanei militum, instructores bellorum, secularium negociorum actores, et
70 pauperum neglectores si non oppressores. Ob quam eciam causam constat antiquitus dominum
Albertum³¹⁾, Ratisponensis ecclesie principatum et presulatum resignasse. Sed is, de quo nunc sermo, a
doctoribus persuasus, et nisi electioni huiusmodi assentiret, mortalis criminis reatum non evaderet, est ab
eisdem rationibus plurimis informatus. Tandem gemens et merens, velut divino mucrone percussus,
cogentibus acquievit et onus subiit pastorale. At in multis pressuris et turbacionibus, adversis quoque sibi
75 succedentibus exercitatus, se tamen bene gerens, in omnibus devocioni interne et contemplacioni divine
cottidie studuit, prout potuit, et demum die quadam eiusmodi presagiam vocem emisit: „Spero“, inquit,
„in patrem misericordiarum, deum, quod me infra anni presentis spacium, per vite terminum ab hac
miseria liberabit!“ Quod et factum est.³²⁾

„Sed verum, quod episcopatum deserere passim non licet, nisi id fieri necessitas sew rationis iusta et
80 evidens causa deposcat. Oportet enim habere rectores et pastores in plebe dei, et beatus ille servus,
quem constituit dominus super familiam suam ut in tempore pascat eam. Huic tandem, si tamen meruerit,
dicturus est: „Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium domini dei tui.“³³⁾ „Sed oportet utique,
priusquam id fiat, multa patienter ferre. Oportet eciam fideliter multum et fortiter laborare, atque in
utroque usque in finem constanter perseverare. Ita fecerunt omnes qui nunc coronam adepti sunt; inter
85 quos unus, quem Johannes Crisostomus³⁴⁾ ceteris prefert sanctis omnibus, scribens multa et miranda in
„de laudibus“ eiusdem, Paulum dico, qui quanta pro dei fide pertulerit, quantave aut qualia gesserit, per se
sunt nota.

Sed quid? Caritas perfecta hec omnia agebat. Hac ille flagrabat, hac vehementer estuabat; unde et
confidenter veluti ex proprio sentimento dicebat: „Caritas omnia patitur, omnia operatur, omnia sperat,
90 omnia tolerat, omnia vincit, numquam cadit, numquam fugit; propter hanc sancti nec in tribulacione
angustantur, nec aporiati exporiantur, nec deiectione pereunt, nec fatigati lassantur; sed, quod in presenti est
momentaneum et leve tribulacionis, eorum supra modum eterne glorie pondus illis operatur.“³⁵⁾ „Nichil

68 sint: *ü.d.Z. ergänzt*. | sed – 70 pauperum: *a.R. eingefügt statt getilgt* sed esse videantur capitanei militum.
70 si – oppressores: *a.R. eingefügt*. | eciam: *ü.d.Z. ergänzt*. 72 et: ut *Vansteenberghe*. | huiusmodi: eiusmodi
Vansteenberghe. 75 exercitatus: *a.R. eingefügt*. | tamen: tandem *Vansteenberghe*. 79 Sed verum: *auff. 64^v am*
Ende des eingefügten Textes (s. Vorbemerkung) n.a.H. ergänzt als Verweis auf die entsprechende Stelle auff. 64^r, an der
der Text fortgesetzt wird. 81 Huic: *folgt gestr.* tamen si.

²⁹⁾ Johannes Nider, *Formicarius* (s. Anm. 24), I 6, f. 20^v-21^r.

³⁰⁾ Über einen solchen Bischof Sebastian von Trient scheint sonst nichts bekannt. Tschacher, *Formicarius* 480 Anm. 359, vermutet eine Verwechslung mit dem Brixner Bischof Sebastian Stempfl (1417/18). Zu diesem vgl. Sinnacher, *Beyträge VI* 62-73; Santifaller, *Domkapitel* 475-477; J. Baur, *Bischof Sebastian Stempfl 1417-1418*, in: *Der Schlern* 34 (1960) 246-254; J. Gelmi, in: *Gatz, Bischöfe I* 124.

³¹⁾ Albertus Magnus († 1280). Er wurde 1260 von Papst Alexander IV. zum B. von Regensburg ernannt, übernahm das Amt widerwillig und erreichte 1262 von Papst Urban IV. seine Ablösung. Vgl. P. Mai, *Albertus Magnus als Bischof von Regensburg*, in: *Beiträge zur Geschichte des Bistums Regensburg* 14 (1980) 23-40; K. Hausberger, in: *Gatz, Bischöfe I* 626f.; E.H. Füllenbach, *Albertus Magnus als Bischof von Regensburg*, in: *Analecta Coloniensia* 10/11 (2010/11) 131-150, hier 147f. zur Resignation.

³²⁾ Z. 44 Scribit – Z. 78 auch in Bernhard von Waging, *Speculum pastorum*, ed. Riemann, *Briefwechsel* 24 Z. 2 – 27 Z. 2.

³³⁾ Mt. 25,21. — Z. 79 – 82 tui auch in Bernhard von Waging, *Speculum pastorum*, ed. Riemann, *Briefwechsel* 30 Z. 4-10.

³⁴⁾ Johannes Chrysostomus († 407), *De laudibus Pauli*, ed. A. Piédagnel, *Panegyriques de S. Paul (Sources chrétiennes* 300), Paris 1982.

³⁵⁾ 1 Kor. 13,4-8 (Paraphrase).

ergo est, quod non facile tolerant, qui perfecte amant; sed quod plura non toleramus, ob hoc certum est, quia caritatem, que omnia tolerat, non habemus“; ait Origenes ‚super cantica‘.³⁶⁾

Sed et inter hec non sum nescius status pontificum atque pastorum nunc istis temporibus quam sit 95 nimis periculosus, nec hoc indiget ampliori verborum contextu; unde Augustinus de se: „Usque adeo“, inquit, „timebam episcopatum, ut in quo loco sciebam non esse episcopum, non illo accederem. Cavebam hoc, et agebam, quantum poteram, ut in loco humili salvarer, ne in alto periclitarer.“³⁷⁾ Hec ille in ‚De vita et moribus clericorum‘. Novi ego peroptime, dum adhuc viveret, magne devocionis et fidei virum quemdam religiosum, cuius hec erat firma sententia, non tamen ut spero pertinax sive proterva, 100 quod scilicet electorum completus iam esset numerus prelatorum; hinc prelaturam, quam annis plurimis ipse rexerat, suo invito episcopo resignavit, atque deinceps sub regulari observancia Christo devote et strennue militans, post annos multos placido fine quievit.³⁸⁾

Profusus sum nimis in verbis, sed necdum est satis. Mansit actenus intactum et indissolutum verbum unum in littera positum, quod est breve sed magnum, et est ilud: „omnia mea vestra sunt.“³⁹⁾ Quid sibi 105 hoc velit, plene non capio, sed nec discutere presumo; sane hoc scio, quod non sufficiunt omnia preter te, o domine et pater predigne.

Cum Paulo Eusebium ‚De preparatione ewangelica‘⁴⁰⁾ per fratres transcopiatum remitto; sed adhuc superest libellus eiusdem ‚De doctrina katholice veritatis‘⁴¹⁾, de quo in prologo fit mencio, qui si habetur et si expedit, sponte communicetur et fratris dorso superponatur. Hec v. r. p. sinceriter et confidenter 110 supplicant filii humiles atque devoti.

Proinde benedictus sit beatissimus papa modernus, cuius opera et mirifica diligencia ea que actenus remanserunt incognita de Grecorum sapienciali thesauro in latinum de novo transacta, nunc orbi patuerunt universo.⁴²⁾ Sed et tu, pater o semper benedicte, multa dignus dotaberis benedictione pro eo, quod parvulis, quamvis indignis et in abstracta solitudine veluti extra mundum positis, eadem tam preciosa es 115 pandere dignatus. Gracias tibi in gracia eterna cum papa tuo, o beate, beato.

94 cantica: *folgt gestr.* quem iam pre oculis habui, sed ve michi, quid facio, parcat michi deus et rev^{mus} atque dignissimus pater meus. 96 unde: *ü.d.Z.* | de se: *a.R.* 97 inquit: *a.R.* 98 Hec ille: *ü.d.Z.* 100 sive: *a.R. korr. aus* atque. 102 Christo: *ü.d.Z.* | et – 103 strennue: *ü.d.Z.* 104 sum: *ü.d.Z.* | sed: *ü.d.Z. korr. aus* et. 108 Cum Paulo: *a.R. eingefügt.* 109 doctrina: *nach gestr.* docta. 112 opera: opere *Vansteenbergh.* 114 quod: *folgt gestr.* pro. 115 abstracta: *in Wortmitte gestr.* stta.

³⁶⁾ Origenes († 254), *In Canticum canticorum, Prologus*, ed. H. Lommatzsch, Berlin 1842, 305; A. Fürst/H. Strutwolf (Hg.), *Der Kommentar zum Hohelied (Werke mit deutscher Übersetzung, Origines 9,1)*, Berlin u.a. 2016, 86.

³⁷⁾ Augustinus, *Sermo 355 c. 1*; Migne, *PL XXXVIII* 1569.

³⁸⁾ Augustinus legte 386/387 sein Mailänder Lebramt für Rhetorik nieder und zog sich ins afrikanische Thagaste zurück, um in einer asketischen Gemeinschaft dem Ideal der ‚vita contemplativa‘ zu folgen. Zu denken ist auch an seine Gründung des kontemplativen Klosters Cassiciacum. Allerdings war er von 396 bis zu seinem Tod 430 Bischof von Hippo Regius, taugt also nur bedingt als Exemplum für den Verzicht auf das Bischofsamt. Vgl. P. Brown, *Augustine of Hippo: a biography*, Berkeley, CA u.a. 1967, 115-127, 132-137, 189-202; H.-J. Oesterle, in: *LexMA* 1 (1980) 1223-1225. — Z. 82 Sed – Z. 103 auch in Bernbard von Waging, *Speculum pastorum*, ed. Riemann, *Briefwechsel* 30 Z. 17 – 32 Z. 17.

³⁹⁾ S.o. Nr. 4072 Z. 12.

⁴⁰⁾ Eusebius von Caesarea, ‚De praeparatione ewangelica‘, in der Übersetzung des Georg von Trapezunt; S.o. Nr. 3793 *Anm.* 6, 3824 *Anm.* 6, 3826 *Anm.* 11.

⁴¹⁾ Von diesem Werk lag keine lateinische Übersetzung vor; s.u. Nr. 4103 Z. 27-30. Der Titel entspricht auch keinem der bekannten Werke des Eusebius. Vgl. die chronologische Liste der erhaltenen Werke bei A.J. Carriker, *The library of Eusebius of Caesarea (Supplements to Vigiliae Christianae 67)*, Leiden-Boston 2003, 37-41.

⁴²⁾ An der Kurie Nikolaus’ V. entstanden eine Reihe von Übersetzungen, v.a. durch Georg von Trapezunt; vgl. J. Monfasani, *George of Trebizond. A Biography and a Study of his Rhetoric and Logic (Columbia Studies in the Classical Tradition 1)*, Leiden 1976; L. Onofri, *Note su Trapezunzio e il ‚De ewangelica praeparatione‘ di Eusebio da Cesarea*, in: *La Cultura. Rivista di Filosofia, Letteratura e Storia* 24 (1986) 211-230; F. Niutta, *Da Crisolora a Niccolò V. Greco e greci alla curia romana*, in: *Roma nel Rinascimento* 1990, 13-36; N.G. Wilson, *From Byzantium to Italy. Greek studies in the Italian Renaissance*, London 1992, 76-85; C. Abenstein, *Die Basilius-Übersetzung des Georg von Trapezunt in ibrem historischen Kontext*, Berlin 2014.